



TABULA DECIMA.

Postremò cum in prefatione & tertia hujus libri parte Chaucorum mentio facta, illorum etiam sedem in hac tabula delineare & Plinii de Chaucis verba uberius & fusius recensere volui. Sunt verò, ait lib. 16. cap. 1, visa nobis Chaucorum, qui Majores, Minoresq; appellantur. Vasto ibi meatu bus dierum, noctiumq; singularū intervallis effusus in immensum agitur Oceanus, eternam operiens rerum natura controversiam: dubiumq; terra sit, an in parte maris. Illic misera gens tumulos obtinet altos, aut tribunalia structa manibus ad experimenta altissimi aestus, casus ita impositis: navigantibus similes, cum integant aqua circumdata: naufragis verò cum recesserint: fugientesq;

cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis, nec cum feris quidem dimicare contingit, omni procul abacto frutice. Ulva & palustri junco funes nectunt, ad pratexenda piscibus retia: captumq; manibus lutum ventis magis, quam sole siccantes, terra cibos, & rigentia Septentrione viscera sua urunt. Potus eis non nisi ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. Et ha gentes, si vincantur hodie à populo Romano servire se dicunt. Ita est profectò, multis fortuna parcit in pœnam. Hac de his Plinius; qui eos libertatem Romanorū tyrannidi preferre admiratur, aut invidet potius. Non enim usq; adeò mirandum videtur liberam gentem ante omnia libertatem su-

B

ans